Num. IX

XTRAORDINARIA ELATIONIS ISTORICO-HEBDOMADARIAE

Continuanda Continuatio, 26. *Februarÿ*, 1638.

Venetÿs, 7. Februarij.

X Belgio Catholicæ Majeſtatis Curſor hoc tempore venit Mediolanum, nuncians, Sereniſsimum Sabaudiæ Principem Thomam breui Bruxellis aliam abiturum, vt cum fratre ſuo Cardinale, qui Genua Romam redijt, er regionum ſuarum ſtatu ardua pertractet conſilia.

Excellentiſsimus regni Neapolitani Prorex varias colligendæ pecuniæ inationes, grandeque ad bellum collatum æs ſuo Catholico conflauit Requi interea illuſtriſsimum Principem de Oliuares Oceani Hiſpanici impepræfecit, eique in Portugallia validiſſimarum Galiionum, & triremium efecturam demandauit, nec non Generoſum Mediolanenſium Præſidem archionem de Leganes eius prouinciæ adminiſtrationi de nouo præfecit, ad triennium eundem ea prouinciæ gubernacula capeſſere voluit.

Rex Franciæ à Sereniſſima vidua Sabaudiæ Principe petijſſe dicitur, vt præuas ea in regione ciuitates Aſtenſem puta, Vercellenſem, Caſtra Carmaola, & Ciuas ſibi cedat, & vbique Allobrogum gentis præſidia cum Gallom cohortibus ſubſidiarijs commutet, vt tali ratione toto Sabaudiæ potiaer imperio, eiuſdem conſilij parem ſententiam quoque Sereniſsimæ Manæ Duciſſæ aperuit, optans, & precibus inſtantiſſime contendens, vt non ſoam Principi ſuo ſeptenni, ſed etiam D. Præfecto Borzo Gallicanæ militiæ ſtipendiarium Gubernatorem præficeret, penes quem eo in Ducatu tota reum ſumma, & Principis arbitrium eſſet, Venetorum præſidiarias turmas ex pſa metropole Mantua dimitteret, neque Legatos ad aulam Cæſaris, aut in Hiſpanias ablegaret, ſed potius cum Comite de Soiſſon matrimonium iniret, & in ſuis finibus, quater millenos milites, ad Gallici exercitus incrementum, conſcriberet, etiamſi id Veneti ægerrimè ferre videantur.

Byzantii magnus Turcarum Tyrānus quatuor Perſarum Regis miniſtros, quod ad captiuum eius Legatum literas detuliſſent, in carcerem conijci, eisq; iterum gulam laqueò frangi iuſſit; diciturque nunc ipſemet, exauctorato ſuo Principe Veziere, ad militantem in Perſia exercitum abiturus.

Lip-

Biblioteca Nacional de España

Lipſiæ, 8. Februarij.

Mercatores Hamburgenſes dudum ex præteritis Lipſienſium nun
mum redire cogitantes, haud procul à Brunſvviga in itinere à pr
oppreſſi, merces eorum direptæ, & nonnulli occiſi ſunt. Eandem ſ
ſubierunt Norinbergenſes & Auguſtani mercatores, quorum boni
tunis, immo & vitæ peſſimi hi prædatores non pepercerunt.

Ex Pomerania perſcribitur, Cæſareum militem impreſsionem in
Reugen, irrito tamen conatu, ſuſcepiſſe; Suecos vero ad recuperand
ſtrum Triepſes magno numero exiuiſſe, animaduerſa tamen præſid
vigilantia, receptui ceciniſſe. Tribunus Schlammersdorff, quj in e
arce VVolgaſt nuper captus, ac ſauciatus fuit, hoc menſe vitam cu
commutauit. Rex Poloniæ numeroſum militem contra Turcam co
imperij ſui limites à tanti hoſtis tyrannide vindicaturus.

Pragâ, 4. Februarij.

Circa initium huius menſis, 2. nimirum & 3. Febr. tam vehemens
ciuitatem deſæuijt turbo, vt celſis cacuminibus turres deciderint, &
tuoſiſsimorum ędificiorum moles labefactatę ſint. Certe colluctantiu
torum tam acer fuit conflictus, tamque vehemens tempeſtas, quę do
cta, & turres proſtrauit; Turris S. AEgidij ſuo nitore & faſtigio orbat
etiam in area ſteaminea noſoconomij turris, cum adiunctis ædibus, c
Principis Saxonię palęſtra, in qua equi ad curſum & formandos greſſ
ceri ſolebant, præcipiti caſu vna cum muris euerſa eſt. Atrociſſimis
torum turbinibus non ſolum concitata & collapſa ædificia, ſed etiã i
malis aqua cum glacie cõmota, quæ conſtrictis fortiſſimo gelu flum
in tantam excreuit altitudinem, vt innumera poſt ſe reliquerit damna
nia ferme molendina deſtruxerit. Metus eſt, turbinem hunc nil boni p
dere, & periculoſorum motuum prodromum eſſe.

Viennæ, 6. Februarij.

Ad celebrandum Anniuerſarij diem, quo glorioſiſsimæ memoriæ Imper
dinandus II. viuere deſijt, varij inſtituuntur apparatus. Heri Danubianæ a
cies pontem noſtrum torſatilem fundamentis diruit, & confregit. Poſon
ciatur, Ordines ijs in Comitijs præterita Martis, ſua onera & Grauamina
geæ Maieſtati aperuiſſe, iamque omnes vſque ad Regis ſententiam, contice
Morauiæ finibus inſtituta Comitia felici exitu concluſa ſunt, & Deputati
Commiſſarij inde feliciter huc redierunt. ViceCancellarius Kurtzius, & Fr
Albertus Saxo-Lavvenburgicus Princeps Poſonij etiamnum præſentes agu
pediem tamen ad ambos Saxoniæ, & Brandeburgenſem Electores iterum ab
forent. Turcæ populabundi in Pannoniam egreſsi ſunt, multosq. Chriſtiano
ptiuitatem abduxerunt, Strigonienſes præſidiarij nouiſsima Barbarorum

Biblioteca Nacional de España

nt,multamque ſtragem intulerunt, primarijs etiam aliquot ducibus ca-
pro ſua liebratione grande lytron obtulerunt.

Roma, 6.Februarij.

abbathi præterita Eminentiſsimus Sabaudiæ Cardinalis, ignotus, nemine
ad hanc vrbem acceſsit. In regno Neapolitano quotidianas militum con-
nes Prorex Dux de Medina impigrè continuat,tantiq; fiunt ab vtraque par-
ellum apparatus, vt crediderim, adpetente æſta e, claſsicorum & campeſtriũ
am ſtrepitum vbique & per totius Italiæ angulos auditum iri, quandoquidẽ
i varijs rationibus ad hoc perſuaſi, cum Gallorum Rege inducias paciſci re-
nisi is alienarum regionum maximam partem legitimis ſuis reddiderit poſ-
bus, iam inde miſerè exulantibus.
ctitas Sua optima fruitur valetudine, & proximis diebus peregrinationem
ligione, ad ciuitatem Vechia inſtituit, ac diuulgauit, quò & quatuor Anglo-
naues nauigarunt, multam Quadrageſimalium cibariorum copiam, cum ex-
Pharmacopæorum mercimonijs, ſecum aduehentes. Gubernator opidi San-
tis Suæ pedes deoſculatus eſt, ab eaque honorario munere donatus.
Hiſpani Caſtrum Pronzone, poſt geminatam oppugnationem, ſuæ fecerunt po-
tis, & præſidiarios dedititios vſque ad oppidum Albæ deduxerunt.

Hamburgo, 12. Februarij

pes aliqua affulgere videtur, ſimultates, quas Dantiſcana ciuitas hactenus cum
Poloniæ exercuit, vtrimque in Comitijs VVarſouienſibus componendas iri.

Ex Epiſcopatu Bremenſi, 52. Februarij.

I. Idibus Februarij, tragicus in vrbe Bremenſi contigit caſus; Namque ante me-
anam horam primam, metropolitanæ Eccleſiæ turris minor è ſummo cacumi-
tius ſtructuræ, præcipiti caſu in terram collapſa eſt, eiuſque ruina, & cæmen-
um illico cadentium multitudine binæ ædes oppreſſæ, in ijsq́ue circeter octeni
mines interfecti ſunt; proximæ & his vicinæ domus etiam aliquid damni ab eo
u conceperunt. Campanæ, quarum decem fuerunt, in minutiſsimas partes con-
ctæ ſunt. Aiunt, Turris huius ædificium ab octingentis & amplius annis, ſtetiſſe,
iam à decennio rimas egiſſe. Altero die adhuc cæmentis opertorum heiulatus &
ſpiria audiuimus, ad quorum vitam conſeruandam, non ſine multæ foſsionis la-
re, elabendi ipſis aditum aperuimus.

Ex Rheinhauſen, 21. Februarij.

Dux Bernhardus Saxo-VVimmarienſis etiamnum Rheinfeldenſibus oppidanis
cerrimam intentat obſidionem, complurium fortiſsimorum militum cæde nihil
minus funeſtam. Trecenteni præſidiarij ex Colonelli Bambergers legione ſub ge-
eroſo Vigiliarum Præfecto, varios oppugnationis inſultus imperterrito excepere
nimo, multamque VVimmarienſibus cædem intulerunt, D. Tribunus Schoenbeck
lande plumbea ex vrbe traiectus eſt, multique alij gregarij milites in caſtris oc-
ſi. Cæſarianorum copiæ vndequaque ex hybernis iam Offenburgum verſus con-
olant, in omnem occaſionem intentæ, vt ingruenti hoſti coniunctis viribus reſi-
ant, quem iam vtriuſque ripæ potentem cœlum & Acharonta moturum ſperant

Argen-

Biblioteca Nacional de España

Argentoratenſes. Cum verò Tribunus Ioannes de VVerth inſtructiſsime
fretus, cum eo depugnare non reformidet, breui tempore aliqoid mem
diemus. Dictus VVimmarienſinm Dux geminatis tormentorum procell
Rheinfeldenſis mœnia noctu diuque concutere adlaborat, tantosque p
colubrinas muris inferr inſultus, vt niſi denudato mœnijs opido maturè
in eius auxilium accurrerint, opemque ſummè neceſſariam tulerint, met
ad deditionem ituros. *Dantiſco, 2 Februarij.*

Dantiſcanæ ciuitatis Senatus delegit quatuor ciues, duos Scabinos, qu
Patricio Paulo Pael, & Conſule Zierenberg *VVarſauiam* abituri ſunt, illic
ge ſuo ſeſe purgaturi. *Ex VVetzlaria,* 21. Februarij.

In patria Fuldenſi Cattus quidam rabidus, & in partibus Amœnebur
Vulpes rabida, plurima hinc inde homines & pecora mortiferè lædendo,
damna.

D. Ioannes Landgrauius Darmſtadienſis vndecim hac hyeme dicitur in
ne cæpiſſe lupos, hinc inde per patriam graſſantes, & tam hominibus, qu
inſidias ſtruentes, attamen omnes necdum cæpit, nam duos adhuc in me
obuios ego habui, vnum propè Vveilburg, vna hora à Gieſen alterum, qu
ribus vnà cum ſocio fugaui.

Vera & certiſsima de alio mihi relata eſt hiſtoria. Beſtia talis rapax in p
dam Darmſtadienſi nuper in magno illo frigore, venit de nocte ad pagum
& ex porcorum ſtabulo fabro ferrario cuidam porcellum ſurripere volu
vbi paterfamilias inaudiuit lupum hunc in aperiendo oſtio ſtabuli labora
lo induſio ſurrexit, & beſtiam globo onerata bombarda, quam in domo
habuit, aperta ex medietate ianua, ferire voluit, ſed in exploſione aberra
luit itaque in eum lupus, & hominem appræhendit, atque proſtrauit, ſed
mox in gutture accepit, & eò vſque fortiſsimè tenuit, donec clamoribus
vxorem, quæ cum vterum portaret, & maritus timeret, ne in partu damn
peret, iuſsit eam bono animo eſſe, proſtratus in terram, & pugnans cum
beſtia, dixitque, vt obuium malleum arriperet, & lupum in capite trucida
quod mulier fecit, iteratis ictibus eum occidendo: Orto iam ſole, congreg
nimoſi Coniuges vicinos ſuos, & hiſtoriam enarrant, mortuumque lupum
runt, nec mora pro nouitate facti, appenditur in baculo occiſus lupus, & à
ruſticis in ciuitatem Marpurgenſem deportatur, ſequentibus à veſtigio o
bus, concurrit tota Ciuitas, & mirantur omnes, resque ad ipſum Princip
fertur, qui mandauit hominem honorari donario, eundemque à venation
rum in perpetuum abſoluit. *Bruxellis,* 22. Februarij,

Ad inſtituendos equitum delectus, ingens pecunia diſtributa, omniaque a
ſtandum iuſti exercitus corpus, & augendas quaſuis legiones, probè inſtru
gnus tormentariæ rei Præfectus D. Milliere pro Generali declaratus eſt, & in
dinalis Valettani locum ſuffectus. Pleræque Dunkercanorum naues inc
portum ſuum ingreſſæ ſunt. Multæ Hollandorum & Seelandorum naues in m
tempeſtates diiectæ, perforatæ, ac vnà cum vectoribus ſubmerſæ ſunt.

F I N I S.

Biblioteca Nacional de España